



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCCXX. Ioannis Papae VIII. Ioannis Papae VIII. Nomine Scripta Ad
Photivm. De processione Spiritus sancti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

· EPISTOLA CCCXX.

IOANNIS PAPÆ VIII. NOMINE SCRIPTA
AD PHOTIVM.

De processione Spiritus sancti.

*Ioannes episcopus seruus seruorum Dei, Photio reverendissimo &
catholico fratri patriarchæ Constantinopolitano,
gratiam desuper ad opera salutarem.*

NO N ignoramus quod nonnulli eorum , qui apud vos sunt pacis parum studiosi de nostra ecclesia & de nobis ipsis , veritate neglecta , male loquuntur . Resque eo progressa est , vt parum absit , quin tua fraternitas de nobis , & de iis qui nobis sunt subditi , male sentiat . Et illi quidem naœti sunt occasionem sicut etiam ego ipse affirmarem huiusmodi proposito satis congruam , veritas tamen ipsa , vt se habet , nullo pacto est adulterata , neque viatiata , vt procedens sermo rem manifestam faciet , & Deus hoc ipsum nobis suo testimonio desuper confirmabit . Verum illi instar eorum , qui vinum aqua miscent & adulterantur , nonnulla a seipsis falsa fingentes & excogitantes adhibent . Oportet enim vt dæmon qui ab initio mali opifex fuit , & inter nos & Deum inimicitias posuit , ac deinde nostrum primum parentem a Dei amore separauit , & creatori suo inimicum illum constituit , etiam nunc aliquos habeat sui ministros , & hos ipsos impellat , vt inter ecclesiæ scandalum aliquid concident .

Ego vero ad Deum potius auctorem & largitorem ocu-
los dirigens , qui inimicitias etiam in cruce sua morti tradi-
dit , pro viribus illorum hominum qui malis delectantur ,
ora obstruere contendō . Et hac de causa etiam antequam
tua fraternitas aliquid mihi significet , hæc tibi manifesta
fācere decreui , vt de rebus nostris satis edocetus , aures minus
præbeas iis , qui contendere & conuiciari student : sed ipsos
reiicias potius & respuas , efficias præterea , vt alii eorum
verbis fidem non adhibeant .

Nouit etiam tua fraternitas , quod cum nuper ad nos ac-
cessit qui a te missus est , & de sancto symbolo nos consuluit ,
quomodo inuenit nos illud inconcussum , sicut nobis ab ini-
tio traditum est , conferuare , neque aliquid addidisse , vel
detraxisse , cum recte nouerimus , quod eos qui talia facere

audent grauis condemnatio expe&stat. Reuerentia itaque tuæ iterum significamus, vt de hac additione in symbolo (ex Filio scilicet) tibi satisfaciamus, quod non solum hoc non dicimus, sed etiam quod eos qui principio hoc dicere sua infania ausi sunt, quasi transgressores diuini verbi condemnamus, sicut theologiæ Christi Domini euersores, & sanctorum pontificum, & reliquorum sanctorum patrum quisynodice conuenientes sanctum symbolum nobis tradiderunt, & vna cum Iuda illos collocamus, quod eadem ipsa quæ ille patrare non sunt veriti; non quia dominicum corpus morti tradiderunt, sed quia Dei fideles, qui sunt eius membra, schismate segregarunt, & inuicem diuise-
runt; & ita æterno igni illos præcipites dantes, & multo magis seipso, vt fecit prædictus Iudas indignus Christi discipulus, suffocarunt.

Arbitramur autem tuam reuerentiam re&te nosse, cum sis sapiens & doctrina præditus, quod dum, vt reliqui nostri episcopi nobiscum idem sentiant, totis viribus contendimus, non mediocrem id nobis molestiam affert. Et reuera rem adeo grauem tam cito commutare, nullus id facere posset, licet breui tempore ortum habuerit, nec multorum annorum spatio fuerit confirmata. Et hac de causa rationi congruum nobis visum est, ne violenter aliquis cogatur a vobis additionem illam dimittere, quam ipse adiecisse symbolo se nouerit, sed potius mansuetudine aliqua huiusmodi homines admonere, & paulatim a blasphemia reuocare. *Pascite*, inquit summus apostolorum Petrus, *qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis.* Qui igitur ita nos accusant, ac si talia male sentiamus, non iure nos accusant. Tuam itaque decet fraternitatem, neque scandalum aliquod aduersus nos pati, neque a reliquo ecclesiæ corpore proscindi, sed potius nobiscum fidei agones sustinere cum prudentia & longanimitate; & alios qui a veritate declinauerunt, ad illam amplectendam reuocare, vt pro his eamdem nobiscum mercedem recipias. Vale in Domino, reuerendissime & catholice frater.

N O T A.

^a Epistola] Photius inter alias etiam hanc Ioanni papæ affingens calumniam, quasi eadem cum Græcis de Spiritu sancti processione Calumnia de processione spiritus B b b iii

tus sancti a. senserit, finxit hanc epistolam sub nomine Ioannis papæ VIII. ad se Photium scriptam, de processione Spiritus sancti: quam vel ab ipso Photio, vel alio quodam effictam esse oportet. His enim temporibus in Romana ecclesia absque aliqua ambiguitate vsu receptum fuisse, vt Spiritus sanctus a Patre Filioque procedere diceretur, post alias ea imprimis ratione manifeste probatur, quod Ioannes sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconus scribens ad hunc ipsum Ioannem pontificem quatuor a se elaboratos libros vitæ sancti Gregorii papæ, vbi agit de dialogis ab eo scriptis, & in Græcum a Zacharia papa translatis, iuste queritur, quod cum ipse sanctus Gregorius in eis asseruerit disertis verbis, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, illi textum corruerint, illaque verba *Filioque* abradendo inde abstulerint; illos magnopere redarguens, quod audacter nimis sicut & impudenter sancti Gregorii textum ita corruerint: plane significans Romanam ecclesiam nihil diuersum ab ipso sancto Gregorio sentire, nec Ioannem, ad quem scribit, ab ea sententia discrepare. Vide quæ dicam infra in notis Conciliabuli pseudooctau, verbo *Conciliabulum*.

FRAGMENTA QVÆDAM ALIARVM EPISTOLARVM IOANNIS PAPÆ VIII.

Quod sacerdos homicida non potest in sacerdotio manere.

Cennemoco episcopo Venetensi.

dist. so. Mi-
ror minus. **M**IROR minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare: imo, quod est peius, nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid existimaret, vel post quantamcumque poenitentiam concedendum, cum omni sit canonicae disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lacrymarum fonte flagitium tam immane diluere: vt talibus fâltem remediis curatus, salutis possit inuenire suffragium.

Communione priuetur sponsa, nisi raptorem deferere,
& ad sponsum suum redire voluerit.

Rofagno archiepiscopo Arelatensi.

27.Q.2.
Atho præ-
fentium. Atho præsentium lator, dum in nostro seruitio fideliter